Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8157
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Responde mihi quantas habeo iniquitates et peccata
scelera mea aut delicta
mea ostende mihi Cur faciem
tuam abscondis et arbitraris me
inimicum tuum Contra folium quod
a vento rapitur ostendis potentiam
tuam et stipulam siccam persequeris
Scribis enim contra me amaritudines et consumere me vis
peccatis adolescentie mee Posuisti
in nervo pedes meos et observasti
omnes semitas meas et vestigia
pedum meorum considerasti
Qui quasi putredo consumendus
sum Et quasi vestimentum quod
comedit a tinea Rm Absolue
domine animas eorum ab omni vinculo de
liciorum non eas tormentum mortis
attingat Non eorum catena con
stringat sed miseratio tua in pa
tris eas ac luminis regione constitu
at Si quis illi sint domine digne